Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift



quia interiorum sensuum emunda
tio. & exteriorum sensuum sanctificatio. uere
sapientie in memoria timoris &
amoris dei adiunguntur. Timor enim
dei ut salemon ait. peccatum expellit.
& qui timet deum nichil negligit.
Cunt in directum uacce. per uiam que beth
samis ducit. quia humanitas domini sal
uatoris. directo calle equitatis ad
eterne patrie habitationem conten
dit. Bethsamis enim domus solis dicitur.
quo nomine eterna patria intelligitur.
Itinere uno uacce gradiuntur. quia so
lum redemptionis nostre opus. per omne
sue incarnationis mysterium prosecuntur.
Pergunt & mugiunt. quia per caritatem
dei & proximi. in uia misericordie & ue
ritatis sue ambulant. & per predicatio
nem & passionem. mugitum orationis.
& intercessionis ad celum exaltant. Neque
ad dexteram neque ad sinistram decli
nant. quia neque ad aliquam humane
transgressionis partem deuiant. neque
ad dexteram mundane glorie. neque ad
sinistram humane impatientie. se in
clinant. Quas satrape phylistinorum
usque ad terminos bethsamis sequun
tur. quia principes ecclesiarum. uel
rectores fidelium animarum. cum
sequentibus turmis electorum subditorum.
humanitatem xpi. per uiam continentie.
dilectionis & obedientie. & pacien
tie. usque ad introitum celestis patrie
subsecuntur. Bethsamite triticum in
ualle metunt. quia eterne uocationis
filii. fructum euangelii in humilitate
sancte ecclesie colligunt. Bethsamite
oculos eleuant. & plaustrum uiden
tes exultant. quia omnes electi totam in
tentionis sue aciem. in dominum redempto
ris defigunt humanitatem. Plaustrum in
agrum iosue betsamite uenit. & ibi persistit.
quia totum incarnationis mysterium. in eccle
siam que ager est redemptoris decurrit.
Iosue qui saluator dicitur. ipse qui re &
nomine saluator est exprimitur. Cuius ager
est sancta ecclesia. in qua sola incarnationis
eius decurrunt mysteria. quia ueri sacrificii
locus non est extra ecclesiam katholicam. La
pis magnus qui in agro iosue continetur.
magna redemptionis profunditas intel
ligitur. Ligna plaustri que conciduntur.
ligna crucis intelliguntur. super que uacce
in holocaustum domino imponuntur. quia per ligna
crucis. caro & anima xpi. pro peccatis totius
mundi. in holocaustum suauitatis deo pa
tri offeruntur. Leuite archam deponunt.
& cum ea uasa aurea super lapidem grandem
deponunt. quia hii qui ad ministerium dei
assumuntur. leuita quippe assumptus di
citur. oblationem diuine scientie. & dona
aurea sapientie. uel continentie. super mysteri
um redemptionis reponunt. Viri beth
samite holocausta & uictimas immo
lant. quia omnes electi ad domum solis inui
tati. uel per martyrium. uel per confessionem xpo
se dedicant. Satrape phylistinorum in acca
ron reuertuntur. quia principes ecclesiarum. uel
rectores fidelium animarum. in tristicia que
est secundum deum perseuerantur immorantur.
Hii sunt ani aurei. quos reddiderunt
phylistiim pro delicto domino. azotus unum.
gaza unum. ascalon unum. geth unum. acca
ron unum. & mures aureos secundum nume
rum urbium phylistiim. quinque prouinciarum.
ab urbe murata usque ad uillam que erat
absque muro. & usque ad abel magnum.
Super quem posuerunt archam domini. que erat
usque in diem illum. in agro iosue bethsami
tis. Quinque ciuitates phylistiim. quinque